



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. X. De benemeritis & remunerationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

II.

Quoties plures ad eandem rem æqualiter sunt obligati, toties unò conventò locum habet beneficium divisionis. Ratio, quia sic æquum est, ut, qui æquales sunt in obligatione, æquales quoque partes præstent in solutione. Hoc igitur beneficio gaudent fidejussores. §. 4. *Instit. de fidejuss.* Mandatores & Constituentes l. fin. *Cod. de constit. pecun.* plures correi debendi *Carpz. P. 2. C. 17. def. 13.* Tutores & Curatores *axio. preced.*

CAP. IX. De Beneficio excussionis seu ordinis.

Axioma I.

Quoties plures sunt tutores, sed unus tamen factò agitur contra alterum, toties locus est beneficio excussionis. Quia maximè æquum est ut ille prius reddat rationes, cui omnium cura & administratio commissa. *Habn ad Wesenb. de admin. & peric. tut. n. 8.* Exemplum est in tutoribus honorariis, quibus præ omnibus hoc beneficium competit.

Limitatio præcipua est, nisi alter solvendo non sit, quòd sublimita: nisi contutor petat, ut suo periculo fiat excussio, & caveat de reliquo solvendo, *Mev. P. 7. Dec. 296.*

II.

Quoties plures ad eandem rem sunt obligati, unus principaliter, alter per consequentiam, toties locus est beneficio ordinis seu toties principalis primùm erit conveniendus. Ratio consistit in ipsa æquitate, quæ suadet ut prius conveniatur, qui vel ob præcipuam culpam seu utilitatem ex re perceptam, sive etiam ob aliam causam principaliter tenetur. Ita ergo gaudebunt hoc beneficio fidejussores simpliciter tales. *Nov. 4. c. 1. pr. sicut & succedanei dñe Rückbürgen* qui sunt fidejussorum fidejussores. Possessores item rei generaliter obligatæ *Nov. 4. c. 2.* Tutores honorarii, *Mev. P. 7. Dec. 397.* Magistratus, si non idoneum dederit tutorem l. 4. *C. de Magistr. conven.*

Limita nisi is, qui principaliter obligatus est, non possit conveniri, ut, si sit pupillus, *Carpz. P. 2. C. 18. def. 8. n. 5.* *Conf. l. 13. pr. ff. de Minor. aut, si* difficulter conveniretur vel bona non haberet.

CAP. X. De benemeritis & remunerationibus.

Axioma I.

Causa benemeritorum contractui par est, & privilegium ob benemerita concessum transit in contractum. *Bald. in l. qui se patri 3. C. unde liber. Tiraq. in l. si unquam 8. verbo. donatione. num. 14. C. de Revocand. donat. Decian. consil. 25. num. 35.* *Roland à Valle consil. 76. num. 12. col. 2.* *Cravett. consil. 963. num. 26. vol. 6.*

Unde consequitur, quòd privilegia ob benemerita concessa revocari non possint, *Bald. in l. cum in l. yri ff. de dol. & in l. qui se patri 3. C. in.*

de liber. gloss. in l. si pater 34. §. 1. in verb. irrevocabilis. ff. de donat. & ibid. Ang. & Rom. dicentes, quòd id, quòd alias est revocabile, fiat irrevocabile, si factum sit propter benemerita. *Rip. in l. si unquam. verb. largitus num. 12. C. de revoc. don. Alex. consil. 216. num. 2. vol. 2. Rom. consil. 207. n. 7. col. 1. Rimin. sen. consil. 307. Rim. jun. consil. 540. num. 30. & consil. 556. num. 107. Vult. consil. Marp. 35. vol. 3. n. 13.* Et sicut contractus, ita privilegium ob benemeritum concessum reputetur esse reale, & adheres transitorium *Bald. consil. 335. vol. 1. Menoch. 1. pr. sumpt. 103. num. 13.* *Vultej. inter consil. Marpurg. vol. 13. consil. 35. num. 11.* Ratio, quia, ut dictum, benemeritorum causa pars est contractus, ita ut quòd meritorum reponendorum nomine ob causant vel præteritam vel futuram conceditur, protinus in contractum transeat. *l. Lucius 21. §. fin. ff. ad municipalem. l. quòd semel 5. & ibid. Bart. ff. de decret. ab ordin. faciend. Paul. de Castro in l. digna vox 4. num. 6. C. de LL. Cravett. consil. 963. num. 26. lib. 5. Capit. decis. 106. num. 2.*

II.

In prohibitis benemerita sunt probanda, nec statur assertioni concedentis, sed in concessis creditur concedenti circa merita. *Bartol. in l. ambitiosa. col. 2. ff. de decret. ab ordin. faciend. Bald. in l. ex his verbis. C. de testam. milit. Dd. communiter in cap. primo. extr. de probat. Roland. à Valle consil. 5. n. 22. Mascard. vol. 1. concl. 184. de probat. Vultejus inter consil. Marp. 35. volum. 2. num. 91.*

III.

Benemeritis viris magnis & in dignitate constitutis aliquid attestantibus fides plenaria adhibenda. *Jaf. consil. 102. num. 3. lib. 2. Cothman. consil. 30. num. 54. Schrad. consil. 43. num. 40. vol. 2.*

IV.

Multa propter benemerita & remunerationem conceduntur, quæ alias prohibentur. *l. Agvilius Regulus 27. l. si pater 34. §. 1. de don. Philippus Decius consil. 498. n. 25. Jafon. in d. l. ex hoc jure. num. 57.* Unde est, quòd benemerita sustineant rei Ecclesiasticæ alienationem. *l. jubemus nulli 14. pr. vers. scientes. ibi: ad vicissitudinem beneficii. C. de SS. Eccles. Jaf. in l. ex hoc jure. num. 60. de just. & jur. Tiraq. in l. si unquam. vers. donatione largitus num. 27. C. de revocand. donat. Ruin. consil. 175. num. 4. volum. 1. Menoch. lib. 2. cas. 434. nu. 2. de arbitr. Judic. quæst. Schrad. vol. 2. consil. 39. num. 124.* quia obligatione naturali ad remunerandum beneficientibus tenemur. *l. 25. §. consuluit. ff. de hered. petit. Jafon. in d. l. ex hoc jure. n. 52. Wesenb. in parat. num. 5. de O. & A. Plura & elegantia exempla vide apud Arum. lib. 2. decis. 5. n. 41. 42. & seqq. l. ad bestias. 31. de panis. conf. Tit. Cod. de auro Coronario ibig. Perez. n. 1. 2. 3. ubi bene meritis coronæ aureæ dare dicuntur.*

CAP. XI.

De Beneplacito.

Axioma I.

Beneplacitum (auff Wohlgefallen) nulli legi subiacet. *l. fides commissaria 11. §. 7. ff. de leg. 3. & ibid.*